

Fatalis illa Tonninga
Hostibus victorem concessit.

Sæpe Victor,

Raro saucius, nunquam captivus;

Post victus

necessitate et perfidia animo et corpore æger
in captivitatem abducitur.

Per totum propemodum lustrum

Carceris custodia tenetur,

injuria afficitur,

afflictione opprimitur,

fame et inedia pene necatur.

Quod invidia conflaverat,

Inimici fomentarunt,

σκληροκαρδία absolvit.

Ita est:

Hospes apud hostes moritur,

in carcere, liber natus,

in squalore, illustris, in egestate, liberalis,

in solitudine, Dux exercitus.

En

fortem funestam,

fata acerba, exitum tragicum

Viri de patria tantis nominibus meriti!

Novum, Belisarii exemplum.

Dixi paucis multa.

Abi Viator;

Disce:

Nec genus, nec honores,

nec præclara facinora

felicitem stabilire ullam

ante obitum.

Obiit Hafniæ in Castello Fridrichshavensî

die 23 Febr. MDCCXVII.

quinquaginta et aliquot ann. nat.

Placidam defuncto quietem apprecare!

Monumentum hoc Heroi incomparabili mærens posuit

Timentes.

III. Leben